



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo quidam grauia superat infortunid ad eiusdem inuocationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ADOLESCENS QUIDAM ADMIRANDO modo vite admirandum euadit periculum ad B. Virginis inuocationem.

CAPVT XXVI.

Multi è pagis Camberonæ S. Vincentii & Lombisij suo testimonio confirmant filium Ioannis le Beausite, vbi campanile conscendit, vt (campanæ cuiusdam cordellam con fractam noua ligatura repararet) tam præcipiti casu pronum ex emineatione loco super ecclesiæ pauimentum corruisse, vt haberetur pro mortuo. Nihilominus qui cum præsentibus aderant B. Virginis Camberonensis pium inuocarunt subsidium, sicq; male fortunatus homo sibi redditus est, ac subito amissam recuperauit sanitatem.

HOMO QUIDAM GRAUIA SPERATA infortunia ad eiusdem inuocationem.

CAPVT XXVII.

Cuius quidam Sclufanus cum alijs suis socijs cuiusdam nauis iacturam fecit avari absorptæ cum vnico homine & sexcentis vini dolijs. Erant autem huic eidem ciui adhuc tres aliæ nauiculæ quæ maiorem, & capitalem concomitabantur: cumq; suum hoc naufragium quod fecerat illi foret denunciatum, vouit se carnibus nõ vesciturum, nisi prius B. Virginem Camberonensem uisitallet, fau-

taq; nuncia audisset trium suarum nauicularum, nec non & aliarum trium, quas Orientē versus habebat. Eo ipso die, tribus prioribus ad felicem portum appulsis, peregrinationem quam vouerat non distulit, secum nauiculam quandam argenteam deferens, quæ ante imaginem à Iudeo sauciatam appensa fuit. Vice altera cū ignis ira ædes eius peruasisset, ut etiam fenestræ præ flamma vicina exardescerent domum suam B. Virgini deuouit, cæteris ab eo derelictis. A reditu autem suo cum aduertisset nihil ab igne deuastatum præter id quod in suo discessu ignis flammavastabat, domum argenteam postea secum tulit, & B. Virgini eandem obtulit.

CONVERSUS QUIDAM GRAVE IDQUE
duplex à se depellit infortunium, eadem
Virginis ope.

CAPVT XXVIII.

FRater Ioannes Gregorius nostri huius
cœnobij cōuersus euigilans à sumnoque
fuerat in agro oppressus tam immodera tam
artuum membrorumque suorum extensionē
passus est, ut herniæ morbo miserè fuerit di-
uexatus. Hoc autem lugubri & inopinato ca-
su exagitatus protinus oculos versus B. Virgi-
nis ædiculam coniecit, eiusdemq; piam operam
piè implorauit, & quemadmodum in instanti
fuerat